

1357. id 18. Julij. Ex Ms. Arch. Cap. & Clocony;

669.

Privilegium Semovithi Ducis
super permutatione Villa Levicz
per clementem Episcopum pro me:
dieta Villa Sokolowo cum Nobi
libus de Crosaize

157

Nos Semovithus Dei Gratia Dux Ma:
sovia et Dominus Czirnensis, scire cupimus
universos presentes et posteros presenti:
um notitiam habituros, quod venerabilis
in Christo Pater Clemens Dei Gratia Blo:
censis Ecclesia Episcopus cum conven:
su fratrum prelatorum Ecclesia prefa:
ta et Clemens cum Ubielao heredes de
Crosaize milites nostri in bona valitu:
dine mentis et corporis, suspirate in
nostra Corporali presentia constituti,
cum bonis ipsorum et hereditatibus E:
piscopus cum Levicz sorte Ecclesia Blo:
censis et Clemens cum Ubielao cum par:
te media ipsorum Sokolowo cambium
fecerunt, et commutationem amicorum
duorum maturo de Consilio et conven:
su ipsorum omnimodo accedente, cum
omnibus ac singulis utilitatibus, fructu:
bus et proventibus, que ad easdem di:
nosciuntur pertinere, secundum quod
sunt in ipsorum terminis et metis cir:
cumferentialiter distincte et limitate
promittentes in perpetuum perse, nec i:
psorum per Successores eandem commu:
tationem seu Cambium nunquam aliqua

tenues



tenues, verbo vel opera revocare, Ecclesia
vero medium Socoloriva eodem jure ut tenuit
Lewicze gaudeat possidere, qui humiles precum
instantias nobis fuerunt, ut eandem commuta-
tionem seu Cambium ratam firmam et gratam
habentes attestatione firmaremus, nos ergo eorum
petitionibus inclinati, ut eadem commutatio,
commutationisq; protestatio, robur obtineat fir-
mitatis presentes conscribi et nostri sigilli mu-
nimine jussimus roborari. Datum et Actum
in Czirvensco in crastino Sancti Alexij Con-
feboris Anno Domini millesimo Drecentesimo
quingagesimo septimo. Presentibus Viris
Nobilibus Nemerza Castellano Sochaizovicensi,
Nemerza Subcamerario Czirnensi, Johanne Sub-
pincerna Czirnensi, Dominico Subjudice
Czechonoviensi, Joanne Subvenatore Raven-
si, et alijs quam plurimis fide dignis. Scri-
ptum per manus Antonij Notarij Curie
Nostrae.